Marbio 29 (38)

FRANCISCVS dei gratia Francorum Rex: ac mli Dux &c: Uniuersis et singulis pntes inspecturis notum facimus nobis expositum fuisse nomine Joannis Marie
de manzijs dicti viani q tempore dni Maximiliam sfortie dum quidam dominicus de corbaris habitans in Loco sancti Laurentij de multisdenarijs districtus cremonen
conduxisset nonnullas eius bestias in quedam agrum vitibus consitum in predicto Loco sancti Laurentij positum stephani de multisdenarijs ciuis cremonen: ipseq Bestie
valde deuastarent ipsum Agrum: et vites in eo existentes: ac passim pabula sumerent: ipse Joannes Maria famulus dicti stephani cuius vt dictum est. erat ipse ager:
videns non modicum ab ipsis Bestijs vineis et vitibus ac ipi agro inferri damnum: fuit cum intentione ipas bestias expellendi: ibidemqz reperiit predictum dominicu
post ipas bestias: qui cum videret ipsum Jo. Mariam supplicantem easdem bestias expellere volentem ex memorato agro: se voluit contra ipsum cum quadam runiola
ferrea hastata quam manutenebat animo eum percutiendi: Quod videns ipe Joannes Maria supplicans apprehenso vno pallo ligneo ex ipomet agro cum antea nihil in manu
haberet. vt pote lacescitus et prouocatus ipi dominico quasdam intulit percussiones: ex quibus vita functus est: Nihilominus proximiores affines. predicti dominici occisi
cognoscentes liquido prenarrata non premeditato animo. sed insperato et inopinato euenisse casu: pacem cum ipo exponente libere fecerunt: Et cum impntiarum ipse supps
sit carceribus mancipatus prope nros officiales cremone: sitqz alis bone vocis conditionis et fame: et huiusmodi crimina patrare minime soleat: Petijt a nobis humillime
vt eidem super premissis gram et misericordiam nram impartiri dignemur: Quibus omnibus consyderatis. ne preter Principum morem potius iuris rigore qz clementia
et pietate vtamur: Per has nras ex auctoritate nra regia et ducali nominato Joanni Marie supplicanti supradictum crimen et delictum remissimus quietauimus et indulsimus
remittimusqz quietamus et indulgemus vna cum omnibus penis mendis et offensis corporalibus ciuilibus et criminalibus. in quas premissorum occasione erga nos et Justicia
incurrisset: Annullantes quoscumqz processus inquisitiones condemnationes ac omnia alia in eum ratione suprascriptorum expleta ac inde secuta si que sint: et ex maiori
et abundantiori gratia nra predictum supplicantem, restituimus et reintegramus ad eius pristinos honores statum bonam famam gram ac patriam nram et bona sua
quecumqz non confiscata et super his perpetuum silentium procuratoribus nris fiscalibus et quibuscumqz alijs imponimus: Mandantes propterea Dilectis et
fidelibus nris Cancellario et Presidenti ac Senatoribus senatum nrum mli tenentibus: ceterisqz officialibus Iusdicen et subditis nris. et maxime officialibus nris
cremone mediatis et immediatis ad quos spectat et spectabit quatenus ipum exponentem his nris gratie et remissionis lris vti et gaudere plenarie faciant: et permittant:
nec ipum postbac occasione premissa in persona aut in bonis non confiscatis molestent turbent aut quomodolibz inquietent: Verum si eius persona aut bona no cofiscata
capta arrestata aut detenta essent: ea statim relaxent: et in plenam liberatione reponant: dictosqz processus condemnationes penas multas banna et inqsitiones
ac alia quecumqz supradicta deleant. et deleri faciant: nec aliquati eum dictam ob cam molestari permittant. Quoniam sic nobis placet et fieri volumus: Que
vt firma stabiliaqz perpetuo permaneant: sigillum nrum pntibus apponendum duximus: saluo in ceteris iure nro: et in omnibus quolibz alieno: Dat Mli
[illegible] Anno domini Millmo quingenmo decimo octauo. Regniqz nri quarto.

Per Regem Ducem &c
ad Relatione Consilij
Juliucin

Visa

Contentor pro d Francqi

Rotardus

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1877303437-14/fragment/page=0001

M. D. xviij die marcij xxiij Nobis mane
coram Regio nostri senatu sedente comparuit auditor
petita supplicatione rem. litteras [illegible]
remissionis pro Jo. Mariam de Marzys [illegible]
nominatum [illegible] coram [illegible] senatu
constitutum Dictum fuit pro Jo. Maria [illegible]
et [illegible] fisco qui illas videat et opponat
si [illegible]

A. L. schiffus

Visum est examen retroscripte supplicationis [illegible] in quo
delictum non aliter constitit quam in precious sit
enarratum verum quia indicia posset aliter
arguere rei successum Ideo illa videnda essent
si adsunt vel si non adsunt habenda est fides quod
non adsint nec haberi possint Et ulterius
de pace constare debet que fisco non fuit exhibita

Phil[ippus] [illegible] advocatus

[illegible]

16) 1518. 7 Aug. König Franz v. Frankr. zu Gunsten v. Joh. Maria de Marzys

29, 38

Morbio 29 (38)

Morbio 29 (38)